



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXVI. Parmen. hæreditatis. De continuatione possessionis bonorum
defuncti hærede[m] ex Statuto, an, & quando intret; Et præsertim, an
hujusmodi Statuta suffragentur fœminis à successione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

credita, & gradum, unde magis de plano intrare vi-
debat dispositio dicti textus in l. si eo tempore late
exornata per Salgad. loco cit.

Hic tamen non obstantibus, nimium dubitabam
de iuribus rei conveni; Tum ob communem usum
non solvendi, creditoribus hereditariis pecuniam
liberam, etiam, ubi de eo tempore hereditas ido-
nea reputaretur, ob incertitudinem eris alieni, seu
alterius vinculi, quod detegi potest, & de quo usu te-
flantur Valaf. consult. 52. n. 38. in fine Franch. decisi.
272. n. 9. & habetur d. ut de credito disc. 59. unde
propterea semper heres dicitur in culpa, omitten-
do id, quod ex communi usu per omnes fieri solet;
Potissimum ubi probabilis suspicio concurreret, quod
hereditas efficit non idonea, vel saltem involuta, ut in
casu suspicionis habetur in dicta dec. 211. par. 10. rec.
Tum certius in hac facti specie, dum ad instantiam
ejusdemmet heredis, formatus erat concursus, per
quem, ipsam hereditatem suspectam, minusque i-
doneam declaravit; Quemadmodum igitur in casu
concursum, per quem bona debitoris viventis, sub
manu, ac administratione Judicis posita sunt, non
licet ipsi debitori, minusque administratori liberè
solvere primo venienti, adeo ut si administrator li-
berè confutat cautione neglecta, solvat, teneatur de
de suo, ut dicto disc. 36. de credito (licet in eo casu
male practicatum) ita dicendum videtur in herede,
qui in proposito dicitur administrator legalis, atque
inter administratores computatur ex deducitis per
Salgad. par. 3. cap. 7. num. 20. cum sequen. & dicto
disc. 36. & 59. de credito, ac aliis sequi; Ita etiam
suadente clara ratione, ne alias in libito heredum
positum sit, colludendo cum creditoribus posteriori-
bus, justollere anterioribus absentibus, vel qui
ratione etatis, aut ignorantiae, vel alterius impedi-
mentijus suum prosequi non possunt.

Erlicer eisdem creditoribus anterioribus ex dis-
positione textus in dicta l. finali §. & si prefatam,
de curia contra posteriores, quamvis eis absque
aliqua cautione, vel obligatione de restituendo sol-
lumfit, ita ut posterioribus suffragari non possit
illa bona fidei consumptio, qua ex recepta æquitate
deducta à libertate commercii, suffragatur creditori-
bus satisfactis per principalem debitorem in statu,
quo liberam bonorum administrationem habebat,
quasi quod patrimonium vacans, ac existens sub ad-
ministratione heredis beneficiati, quodammodo as-
similatum videatur patrimonio decocto, seu alias
sub concurso, ac Judicis administratione positio, ex
iis, que habentur deducta sub tit. de Regalibus ad
materiam locorum montium disc. 29. & dicto disc.
36. & 59. dicto tit. de credito, Nihilominus vel hu-
mido actio inanis remanere soleat ob insufficientiam
eorum, quibus solutum est; Vel maximum
est creditorum anteriorum incommodum, repe-
tendin judicio ordinario, & cum requisitis subditi,
id quod alias prompte, & executive in casu cau-
tiovis repete posse; Potissimum vero quia, ubi for-
marus est concursus, tunc ex reformationibus Pii
IV. & Pauli V. creditores dictam cautionem con-
trovertere non possunt, utpotè ibi demandata;
Et in qua reformatione cautum quoque est, ut ad
effectum, quod dicatur inductus concursus, suffi-
ciat instantia trium creditorum; Ideoque licet ex
quadam non scripta a quitate, attentaque veritate
naturali, efficit magnus rigor in mariona in hoc à mi-
nistris decepta; Atamen de stricto jure, ob dictam
circumstantiam jam efformata concursus eibenè co-
gniti, resolutiones justæ vise sunt, ideoque concor-
diam consului.

Card. de Luca P. I. de Hered.

PARMEN.

HAEREDITATIS

PRO.

CATHARINA SPANA

CVM

CREDITORIBUS EJUS FRATRIS.

Responsum ad causam.

De continuatione possessionis bonorum de-
functi in heredem ex Statuto, an, & quando
intret; Et præferrim, an hujusmodi Stata-
ta suffragentur fœminis à successione ex-
clusis sub certa conditione dotis.

SUMMARIUM.

- 1 Fæcti series.
- 2 De Statuto Parmen. circa successionem.
- 3 Possessio bonorum non transit in heredem, cui competit interdictum adipiscendo.
- 4 Etiam in iuriis incorporealibus.
- 5 Quid in feudi.
- 6 Quod secus in bonis hereditariis, & quando ex possessione unius rei inferatur ad aliam.
- 7 Falsit accidente Statuto continuativo per quod competit manutentio.
- 8 De Statuto Urbis.
- 9 De jure Regni Siciliae.
- 10 Procedit etiam in Insula Melitana, & de ra-
tione.
- 11 Quanam questiones cadant accidente hoc statuto.
- 12 Non operatur hoc statutum ubi possessio naturalis
est interversa, & ab alio occupata.
- 13 Declaratur quando id procedat, ut scilicet sit in-
terversa per veritatem, non per fictionem.
- 14 Non procedit ubi Statutum habet decrenum an-
nullativum.
- 15 De Statuto Forolivii.
- 16 De ratione conclusionis, de qua num. 14.
- 17 Deeadem materia de quanum. 2. & quando quis
dicatur heres.
- 18 De aliis ad materiam hujusmodi Statuti conti-
nuativo remissive.

DISC. XXVI.

D Efuncto ab intestato Joanne Baptista
Spano, superstitibus Cesare masculo, &
quinque filiabus, ex quibus quatuor vi-
tam monasticam elegerant, ultima ve-
ro Catharinam pupillari, vel minori aetate puerla,
in Monasterio educationis gratia existente; Cum
eius curator, ad formam Statuti Patrem. interpel-
lasset pro dote Cesarem fratrem, replicantem non
posse assignare, nec offerre petitam dotem, dum
ea bona, qua in paterna hereditate remanerant,
eo medio tempore inter mortem patris, ac inter-
pellationem, jam distraxerat; Hinc proinde idem
curator obtinuit à Judge ad formam Statuti, seu
decreti continuantis possessionem defuncti in her-
edem ubi decerni manutentionem in possessione
sua portionis hereditarie in bonis, qua licet per
Cesarem fratrem distracta, adhuc tamen per ipsum de-

E 2 factio

De LUCA
de
stamentis
etc.
GYI

facto possidebantur ob reservationem fructuum ad certum tempus; Dicta autem manutentionis exequutioni se opponente emptore, allegante non esse locum dicto Statuto, vel decreto continuativo contra tertium, ac etiam actrii offerente dotem ad formam Statuti. Hinc ex parte dictæ Catharinæ requisitus fui ad scribendum in causa pendente in cœdem Civitate Parmen.

Cuas igitur constituebam inspectiones, Unam in bono jure, an scilicet dictus empator admittendus esset ad offerendam dotem, ac satisfacientem Statuto pro feminæ exclusione à paterna successione; Et alteram ordinis super dicti summarissimi possessorii competentia.

De primo puncto concernente merita negotii principalis, agitur in hac eadem causa sub tit. de successionibus ab intestato discurs. 21, tanquam in sua 2 sede; Quatenus verò pertinet ad secundum punctum ordinis, dicebam, ut attenta dispositione iuris communis, certa esset hujus remedii incompetencia, quoniam receptum est, quod possesso, cum sit quid facti, non transit in hæredem ipso jure, sed exigit actualem apprehensionem, sine qua hæres dicti non potest possessor, neque interdictum retinenda sibi competit, sed solum alterum adipiscenda ex remedio quorum bonorum, si est intestatus, vel ex altero textus in l. fin. Cod. de edit. Div. Adr. tollend. si est testamentarius Menoch. de reuin. 3 remed. 3. num. 57. Rot. decif. 392. par. 2 rec. cum aliis apud Post. de manut. obs. 55. n. 22. & seq.

Idque verū, quamvis ageretur de iuribus incorporealibus in hæreditate remanis, quoniam adhuc in istis necessariis est ille actus, per quem quasi possesso in eis quæritur ex deducitis per Post. dict. obs. 55. n. 32. & seq.

Atque si actualiæ possessionem aliquorum bonorum sit adeptus, non exinde tamen illa suffragatur quoad reliqua ex plenè collectis per Post. de manut. obs. 73. numer. 39. & seq quoniam licet hæreditatis universitas, atque in iis, qua universitatem constituunt, possesso rei principalis operativa sit pro omnibus accessoriis, vel membris, ut habemus in beneficiis Ecclesiasticis, ac etiam in feudis ex deducitis per Peregr. de fidei commiss. art. 48. numer. 76. & 79. Grat. discept. 425. numer. 18. & 19. Cyriac. contr. 300. numer. 40. cum aliis plenè cumulatis per Post. dict. obs. 73. numer. 109. & seq. Attamen in bonis hæreditariis id non procedit, quoniam universitas consistit in ipso jure, vel corpore hæreditatis in abstracto, singula verò bona sunt membra distincta, æque principaliter concurrentia ad istud corpus efformandum, præterquam si agatur de illis bonis, quæ sunt membra, vel accessoria alievijs prædiū seu membris hæreditarii, cum tunc in illa specie intrat eadem proppositio, ut in feudi habemus, quod ex possessione capitis inferatur ad membra, sive ex possessione rei principalis inferatur ad connexa vel accessoria Peregr. de fidei art. 48. n. 74. Caval. decif. 629. n. 10. & 641. n. 9. & 10. cum aliis per Post. dicta obser. 73. n. 77. & sequen.

Verum è converso, receptum pariter est, quod quando in loco viger Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, tunc legis ministerium in hoc proposito operetur idem, ac factum hominis, & consequenter quod hæc facta possesso, quam aliis civilissimam dicunt, per Statutum translata in hæredem, vim, ac operationem habeat possessionis veræ ad effectum hujus remedii retinendæ, seu manutentionis ex iis, que ceteris relatis habentur apud Grat. discept. 732. Redehas. cons. 4. numer. 30. & cons. 66. numer. 6. Amat. resol. 39. numer. 53. &

seqq. Post. de manut. obs. 55. numer. 54. & in his terminis, vel satis proximis plenè Camerat. cons. 5. lib. 1. numer. 10. & 11. ubi ex deducitis ad materiam per A. matum, & Postum ubi supra, pro eo nimium copioso, ac elaborato stylo, plura ad hujusmodi Statutorum materiam deducuntur, eamdemque hujusmodi medii competentiam firmavit Rota apud Martin. Andr. decif. 36. num. 1. passim recepta, adeòt in Curiâ, posito quod Statutum intret, itaut non obstat aliqua ius limitatio de plano id supponatur, ut patet ex simili Ottoboni, ubi de consimili Statuto Urbis, (quod tamen restrictum est ad solos hæredes suos, ideoque non suffragatur illis, qui suorum nomine non veniant,) & coram eodem Ottob. decisione 195. ubi delege Regni Siciliae ultrâ Pharum, de qua plenè Amat. & Camerat. ubi supra, occasione agendi de insula Melevitana, qua tanquam membrum dicti Regni concessum in feudum M. Magistro Hierosolymitanæ Religionis, illius legibus vivit ex deducitis sub tit. de iuri dict. disc. 69.

Unde propterè questiones, quæ in proposito cadunt, respicere solent potius applicationem hujus Statuti ad casum, & an illud intret, necnè, dum posta regula affirmativa, adeòt aliqua limitatio non obstat, de plano intrat dicti remedii cōpetentia.

Duplex autem in hac facili specie cœdebat difficultas, an hoc Statutum, seu decretum Ducale suffragaretur, necnè; Primò nempe ob interversam naturalem possessionem à tertio, qualis erat empator, causam habens à cohærede ex causa alienationis ut supra; Et secundò an ista mulier dicti hæres, cui Statutum suffragaretur, stante altero Statuto exclusivo feminarum ab intestata parentum successione propter masculos, quos obligat solum ad dotandum feminas.

Circa primam; Agnoscebam quod regula era contra ipsam mulierem, ut scilicet hæc facta, seu civilißima possesso operativa sit in bonis adhuc vacanciis, non autem ubi ea interversa esset per possessionem naturalem de facto ab alio apprehensam, quoniam fictio veritatem superponebat, ex iis, que ceteris relatis plenè habentur apud Post. dicta obser. 55. n. 81. cum aliis sub tit. defend. disc. 44.

Dicebam tamen hanc difficultatem duplice removeri; Primò nempe quod dicta propositio procedit, ubi verè obstat ipsa veritas naturalis, quæ statutaria fictioni prævalere debet, quia nempe naturaliter, ac de facto possesso esset penes tertium; Secundò autem in præsenti, quod ipsa detentio naturalis, & de facto, adhuc erat penes dictum Cæsarem fratrem, ob reservationem fructuum ad certum tempus; Quamvis enim venditionis instrumentum continetur claustrum constituti, que iuris ministerio transferre dicitur possessionem rati civilem, quam naturalem, etiam ad effectum hujus remedii manutentionis, ut habemus in Curiâ receptum, & quotidianum; Eundemque effectum operetur ipsa reservatio ususfructus, ut habetur præsertim sub titulo de donat & alibi; Attamen totum id provenit ex fictione legis, & con sequenter cessat concursus fictionis cum veritate, sed est concursus inter duas fictiones, inter quas prima prævalere debet, ut in specie latè probat Hoc ded. cons. 18. lib. 2. quem refert, & sequitur Post. dicta obser. 55. n. 62.

Et secundò, ut non procedat quando Statutum explicitè, vel etiam implicitè, ac virtualiter, nullam, ac infectam declarare possessionem interim ab alio apprehensam, ut pleraque Statuta disponunt, & præsertim ego pluries practicavi in Statuto Forolivensis, cuius in hoc proposito habetur mentione.

DISCURSUS XXVI.

53

mentio in Forolivien sub. tit. de success. discr. 24.
Cum similibus, tunc etenim ob decretum annullatum, possesso habetur pro vacua, illaque refolvi-
tur in simplicem detentationem, sive ut dicitur pos-
sesso tradita sub conditione, dummodo non adit
alter heres, qua conditione purificata, actus refol-
vitur ab initio cum retroactione, juxta conditio-
natum naturam, ut latè apud Amat. dicta resolut. 39.
num. 29. & latius per Camerat. dicto cons. 5. num.
10. & seqq. & num. 14. & cons. 7. per tot. ubi in ter-
minis posterioribus facinor, qua de tempore aperta
successioni erat monialis professa, & consequenter
posita validitate professionis, erat sine dubio exclu-
sa, adeo ut in alterum heredem possesso cum justa
credulitate, & bona fide translata esset; Postmo-
dum autem ob detectam professionis nullitatem, il-
la tanquam facularia declarata fuit heres ob regu-
lam, quod qui declarat non disponit, neque aliquid
de novo facit, sed quod jam inest, ac nobis pro no-
stra imbecillitate obfcurum erat, aperit, ideoque
intra retroactio ad suum initium juxta optimum,
ac plures insinuat exemplum traditum per tex-
tum in l. adeo ff. de acquir. rer. domin. in excutiente
grana à spicis.

De alio vero punto, seu objecto, quod ista mu-
lier tanquam exclusa per masculum, dici non debe-
ret heres, cui Statutum suffragetur, habetur in hac
adem causa dicto tit. de success. discr. 21. ubi firmatur
quod hujusmodi Statuta, qua non simpliciter ex-
cludunt, sed sub certa conditione intra certum tem-
pus adimplenda, qua non adimpta successione
descernunt, dicuntur possunt vere ac simpliciter ex-
clusiva, sed sub certa conditione, qua non impleta,
femina remanet heres ab initio in ejus virili, ex ibi
deductis. Incertum autem est quid in causa sequun-
tum sit, neque desuper maturum judicium pro ve-
ritate efformare potui, cum non videbam iura alte-
rius Partis, quibus non vobis, & absque formalis dis-
putationis trutina, vix dictum judicium efformari
potest.

De consimili autem Statuto Placentino habetur
mentio sub titulo de fensis discr. 44. occasione a-
gendi, an hujusmodi Statuta suffragentur exteris,
vel comprehendant Clericos activè, & passivè; Fre-
quentiores autem quæstiones cadent solent super
qualitate bonorum, quoties ea prætenduntur fi-
deicommissaria, non autem libera, & hereditaria,
de quo apud Orlib. dicta decisione 1. a num. 11. & de-
cione 195 num. 7. & 8. & super alii ad hanc mate-
riam multa colligunt Amat. dicta resolut. 39. Post dicta
observ. 55. multaque in idem dedit Camerat.
dicta resp. 5. lib. 1. quamvis præter causa necessita-
tem pro exterorum Consulentium frequentiori ity-
lo à Curia tamen Romana abhorrito, incidenter
deducendi quidquid in ea materia habeatur.

redes, bona hereditaria dividentes, vel
alio contributo ad æqualitatem servan-
dam; Et de gestis per heredem putati-
vum, an, & quando præjudicent heredi-
vero.

S U M M A R I U M.

1. **F**ætæ series.
2. **F**Inter heredes dividentes præstanta est evi-
ctio.
3. **H**eres qui exigit portionem suam, non tenetur
communicare.
4. **Q**uando fecerit.
5. **Q**uando non præstet evictio, de qua num. 2.
6. **V**eritas non simulatio attenditur.
7. **Q**uoniam constet, quod hereditatis nomine acqui-
sitione facta sit.
8. **H**eres putativus, ad quid teneatur, &c.

D I S C . XXVII.

CUM Peccius, unicam habens filiam in
Monasterio iam professam, ista in re par-
ticulari, vel certa summa instituta, her-
dem universalem scripsit Societatem
Sanctæ Mariae de Horto, atque inter effectus her-
editarios adesset quoddam nomen debitoris suspe-
ctum, & difficilis exactionis, expediens judicarunt
ejusdem Societatis administratores, dictum creditum
convertere in annum censem cum eodem debito,
sed quia obstat Constitutio Pii V. super
forma creandi census, idcirco pro istius implemen-
to, ille creatus fuit ad favorem cuiusdam ex admini-
stratoribus, seu Guardianis, fingendo (juxta fre-
quentiorem praxim) formalitatem pecunie nume-
ratae unico contextu soluta dictæ societati in satisfa-
ctionem debiti; Dictus autem administrator bo-
nam fidem statim recognovit cum solita declaratio-
ne, quod ipse in dicto actu nudum nomen habuisset,
quodque census, utpote creatus de bonis Societati-
tis, ad ipsam spectaret, ideoque idem census descrip-
tus fuit inter effectus hereditarios in libro particu-
lari, quem Societas pro illa hereditate tenebat ab
alio ejus libro ordinario distinctum; Hisque per-
atis, cum dicta Monialis, seu Monasterium, acquies-
cere nollet paterna dispositioni, sed peteret legitimi-
mam de jure debitam, ad istius participationem
concorditer admisso sequitur fuit, deindeque de-
venit ad divisionem, in qua iste census obtigit in
portionem Societatis heredis universalis; Cumque
fundo censito ab anterioribus hypothecis evicto,
atque debitore detecto minus idoneo, census inuti-
lis remaneret, hinc Societas contra Monasterium
judicium instituit super evictione, seu contributo,
quo mediante eadem divisio ad æqualitatem redu-
ceretur, introductaque causa coram A. C.

Scribentes pro Monasterio reo convento, non
negabant regulam in jure certam, & incontrovertibilem,
quod inter cohæredes hereditatem dividen-
tes, de jure præstanta est evictio, quamvis nulla de-
super conventione inita sit, ubi ista non sit in contra-
rium, ad textum in l. s. fratre Cod. com. utr. quod cum
concord. per Mangi, de evict. quæst. 114. n. 1. Rot. in
Romana divisione 28. Novembris 1613. coram Bevila-
qua; Multè vero magis ubi, ut in præsenti, ejus ex-
pressa conventione adit.

Sola etenim dubitandi ratio circa evictionem,
vel contributum inter cohæredes cadit, quando un-
us eorum est altero diligenter, ejus partem à com-
muni debitore exigendo, quod si interim debitor
sit non solvendo, vel alter casus in altera portione

inexa-

ROMANA EVICKTIONIS

P R O

SOCIETATE BEATAE MARIAE
DE HORTO.

C U M

MONASTERIO MONIALIUM N.

Casus disputatus coram A. C.

De evictione, quæ præstanta est inter cohæ-
redes. Card. de Luca P. II. de Hared.

E 3

De LUCA
de
stamentis
etc.
GY